



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quando producendi & recipiendi sint Testes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ius, quod prius illi tribuerat) nisi in continenti dictum suum revocet, & corrigat. *Præterea 7. De testibus cogend.* Vel nisi probabilissimam rationem sui erroris afferat, si ex intervallo contrarium deponat; vel nisi prior depositio facta fuisset extra torturam, posterior in tortura, si personæ sint tales, ut fides illis non habeatur extra torturam; vel posterius dictum variis præsumptionibus & conjecturis adminiculatum sit, vel prius dictum in iudicio nullo, aut sine Juramento depositum sit, vel in causa hæresis contrarium dicat posterius, quam prius dixerat.

Quod si verò contrarium dixerat testis extra iudicium illi, quod in iudicio deposuit, regulariter standum est illo, quod in iudicio deposuit, non tantum iuramenti, sub quo in iudicio deposuit, cum extra iudiciale dictum sub nullo iuramento dictum fuerit, sed ad evitandas etiam perjuriorum pœnas, & ob reverentiam iudicij, nisi utraque deposito iuramento firmata esset, aut prima, depositis multis conjecturis & præsumptionibus adminicularetur &c. quamvis prius extrajudiciale dictum multum detrahac iudiciali depositioni, ut in tali casu Iudex sententiam ferre non possit ad depositionem talem iudicalem.

SECTIO IV.

De productione & receptione Testium, eorumque examinatione.

§. I.

Quando producendi, & recipiendi sint Testes?

EX dictis jam patet, regulariter quidem & ordinariè producendos ac re-

cipiendos testes esse post litem contestatam, plures tamen esse causas & causas in quibus produci, & recipi possunt etiam ante litem contestationem, pro Tit. 6. dictum, & habetur etiam c. *Colim 34. & e. Significavit 41. h. t.* Postquam tamen casu quo tempore lata sententia testes quidem adhibiti fuerunt, sed nolum super his instrumentum publicum confectum sit, petente eo postmodum pro quo sententia lata est, implorato iudicis officio testes denuò vocari, & depositiones eorum in instrumento publico in scripturam à Notario redigi, ut sumitur ex c. *Albericus 42. h. t.*

§. II.

Quoties testes produci possunt, & an testes jam alias producti iterum reduci possint in eadem causa?

REGulariter non nisi tres producti testes admitti possunt, quod si eisdem testes, si testificati non dicantur, produci possint iterum, ut in antiquis articulis, vel etiam novis, c. *stientis 46. h. t.* Ex causa tamen publica cum solemnitate legali quarta etiam productio testium dari, & concedi potest. *In causis 15. & c. Ultra 55. h. t.* nec potest per se renatam testium multitudinem, & multam illorum depositionum lites nimium protrahantur, & ne periculum sit evulgandorum eorum, quæ testes deposuerunt, aut subornationis aliorum, nisi prius quam tertia productio ab utraque parte ulteriori productioni renunciarint: & quamvis quarta productio testium ex causa concedi possit à Iudice, debet tamen pars petens quartam productionem præstare Juramentum, quod attestaciones testium nec sine